

34  
gitimam retinere. **¶** Si maritus non patitur illam restitui culpa erit viri non uxoris. Si tamen illa proponat premoriente marito dotem restituere. si econverso vir vult dotem restituere ipsa non patitur peccatum erit uxoris ita tamen quod ipse non precipiat de bonis ipsius dotis et proponat restituere cum poterit. si autem uterque in non satisfaciendo concordant ambo in statu damnationis vivunt de reg. iij. Peccatum. li. vi. **¶** Si vero pater tempore quo dotavit filiam remanebat potens ad solvendas usuras. et gener et filia potuerunt se cure dotem accipere non tenentur restituere. **¶** Etiam si postea impotens fieret. **¶** Si cooperatus est seu quoquomodo causas efficacem usure prestat ita quod sine eo non fieret. nam licet aliqui ut. xv. dicant talem non teneri ad restitutionem nisi quantum de usura pervenit ad eum. quod accipitur ex usura non est omnino involuntarium. **¶** Alii tamen quod plures dicunt quod tenentur insolidum. etiam si nil pervenerit ad eum. **¶** Et hec opinio tutior est ideo consulenda. **¶** Si cooperatus est seu causam efficacem prestat rapine furto aut violente usurpationi vel damnificationi. **¶** Nam secundum omnes doctores talis insolidum ad restitutionem tenetur ut patet etiam versibus immediate sequentibus. **¶** **Iussio piliu**

psensus palpo recursus. **¶** Participans mutus non obstans non manifestans.

#### **Iussio.**

**¶** Si iussit alicui suo subdito ut fieret rapina furtum et homicidium. et ex hoc eius precepto secutus est effectus damni quod alias non fuisset factum tenetur insolidum restituere. etiam si nil ad eum pervenit. **¶** Idem si nomine suo homicidium damnatum est et ipse postmodum ratum habuit.

#### **Consilium.**

**¶** Si presulit alicui predicta fieri. ita quod ex suo presilio est vel probabiliter creditur damnatum datum quod alias non fuisset datum tenetur insolidum. etiam si nil pervenit ad eum. si autem alias fuisset factum sine illo presilio sed propter illud aliquid plus factum est tenetur insolidum ad illud plus. **¶** Io. an. in regula nullus ex consilio. libro. vi. melius distinguit.

#### **Consensus**

**¶** Si consensus prebuit scilicet cooperationis non mentis tantum. nam si sine eius consensu non poterat damnatum fieri vel inferri tenetur insolidum ex empti gratia si duo vel plures faciunt furtum vel rapinam vel iniustum bellum simul ita quod unus fecisset sine altero undecima questione tertia. **¶** Qui consentit. ij. q. i. **¶** Notum ibi facientem et consentientem par pena costringit

e ij.